ARQUIVO DA UNIVERSIDADE

COLÉGIO DA COMPANHIA DE JESUS
E
UNIVERSIDADE DE ÉVORA

1561

União de propriedades ao colégio de Évora. Bula de Pio IV. Amoreira, Montes Claros, etc. que eram da mesa do Arcebispo. A razão da união parece singular: as herdades rendiam pouco para a Mesa porque as tinham pessoas poderosas.

Gav. 5-B - Maço 1 - N.º 17

Pius eps Servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam

Creditam nobis desuper regendi militantis ecclie prouidentiam coadiuuante dno utiliter exequi cupientes gratosqz deo et uniuerse Reipublice xpiane uberes fructus qui ex litterarum studio produci noscuntur intra cordis nri archana reuoluentes ad ea que pro personarum huiusmodi studio uacantium subuentione eisqz incumbentium onerum supportatione prouide facta fuisse dicuntur ut semotis impedimentis quibuslibet suum debitum consequantur effectum cum a nobis petitur operarias manus libenter apponimus aliasqz desuper disponimus prout in dno salubriter conspicimus expedire Sane dilectus filius nr Henricus tt sanctorum Quatuor Coronatorum pbr Cardinalis Infans Portugallie nuncupatus nobis nuper exponi fecit qd licet alias ipse qui etiam ecclie Eboren ex concessione et dispensatione aplica preesse dinoscitur Collegium Spiritussancti in ciuitate Eboren dudum per eum constructu et deinde in uniuersitatem studij generalis aplica auctē erectum et institutu nonnullis redditibus annuis pro Magistrorum Regentium Lectorum et etiam Scholarium inibi pro tpre illis operam dantium sustentatione dotauerit et inter alia Quingentos Cruciatos annuos ex redditibus fabrice dicte ecclie ac Triginta modios tritici Anafil nuncupati et decem modios ordei ex mensa Archiepalis Eboren fructibus de consensu dilectorum filiorum Capli dicte ecclie applicauerit applicationemqz huiusmodi dicta auctē confirmari et insuper duas partes fructuum ecclie Dozezere Portugallen dioc Trecentos Cruciatos uel circa constituentes eidem uniuersitati per sedem aplicam etiam applicari obtinuerit nihilominus ipse qui regimen et administrationem Collegij et uniuersitatis huiusmodi dilectis filijs fribus societatis de Jesu concessit maximu fructum ex ipsorum frum eruditione doctrina moribus et exemplari uita alijsqz uirtutibus in dies prouenientem considerans unde facile speratur doctos et eruditos hoies eiusdem uniuersitatis alumnos non solum Regno Portugallie sed etiā Africanis orientalibusqz prouincijs charissimo in xpo filio nro Sebastiano moderno et pro tpre existenti Regi Portugallie et Algarbiorum illustri subiectis que uiris doctis apprime indigent suffecturos fore ac proinde attendens prefatos et si qui sint eiusdem uniuersitatis redditus fribus et religiosis ipsis quorum Viginti lectores Triginta Scholares et alij uiginti partim predicatores et confessores partim ad alia exercitia spualia deputati in eadem uniuersitate assidue resident ad taliumqz onerum supportationem minime sufficere nonnullasqz proprietates ad eandem mensam pertinentes a pluribus annis per eius predecessores Archiepos Eboren alienatas et in laicorum nobilium manibus unde cum maxima difficultate recuperari poterunt existere Scdicet easdem proprietates uidelicet unam Concelho de Monte Agraco territorij Vlixbonen redditus Ducentorum Millium Regalium uel circa et aliam da Amoreira territorij de Montemaiori nouo similis redditus ac aliam da Amoreira nuncupata territorij Montismaioris Duodecim Modiorum uel circa necnon aliam de Epo que est in Coruche cum certis partibus os Lombos de Epo nuncupatis redditus Ducentorum Ducatorum et aliam dos Montes claros territorij Eboren redditus Quadraginta modiorum tritici ac reliquam proprietates seu possessiones huiusmodi in territorio ciuitatis Delbas quam dilectus filius Aluarus Pegado illius conductor in ultima generatione obtinebat ita ut generatione illa finita uniuersitati predicte cederet redditus Sexdecim modiorum tritici uel circa sic ut premittitur alienatas et ex quibus minima utilitas dicte mense catenus prouenerat de eorundem Capli consensu ab ipsa mensa perpetuo dismembrauit illasqz Collegio et uniuersitati predictis pro Lectorum Scholarium predicatorum et Confessorum predictorum aliorumqz Officialium in dicta uniuersitate pro tpre existentium sustentatione et reliquorum onerum dicte uniuersitati incumbentium supportatione Ita tamen qd si aliquo tempore dicta uniuersitas supprimeretur uel illa aut eius bona ad aliam prelaturam transferrentur redditus huiusmodi ad mensam ipam Eboren eoipso redirent et reuerterentur ipaqz uniuersitas quandiu illos perciperet Censum Annuum Mille Regalium pro qualibet proprietate huiusmodi mense predicte persolueret sub nro et sedis aplice beneplacito et non alias etiā perpetuo applicauit et appropriauit prout in eius patentibus litteris desuper confectis plenius continetur Cum autem sicut eadem expositio subiungebat applicatio et appropriatio huiusmodi in euidentem boni publici non solum Ciuitatis Eboren uerumetiam Regni Portugallie predictorum utilitatem et xpifidelium edificationem hominumqz litterarum studio incumbere uolentium profectum cedat nec propterea dicta mensa que admodum opulenta existit detrimentum notabile patiatur Quare predictus Henricus Cardinalis nobis humiliter supplicari fecit quatenus proprietates et possessiones alienatas predictas de nouo ab eadem mensa dismembrare illasqz Collegio et uniuersitati prefatis ad effectum premissum applicare et appropriare ac alias in premissis opportune prouidere de benignitate aplica dignaremur Nos igitur qui dudum inter alia uoluimus qd petentes beneficia ecclastica alijs uniri tenerentur exprimere uerum annuum ualorem etiam beneficij cui aliud uniri peteretur Alioquin unio non ualeret et semper in unionibus commissio fieret ad partes uocatis quorum interesset quiqz utilitatem publicam scientiarum propagationem et animarum salutem sinceris desideramus affectibus Huiusmodi supplicationibus inclinati Omnes et singulas proprietates et possessiones predictas quarum insimul fructus redditus et prouentus Duorum Millium Ducatorum auri de Camera secundum communem extimationem ualorem annuum ut idem Henricus Cardinalis asserit non excedunt cum iuribus et pertinentijs suis uniuersis ab eadem mensa auctē aplica tenore presentium perpetuo dismembramus et separamus ac illas Collegio et uniuersitati predictis cum onere et conditione predictis etiam perpetuo aplicamus et appropriamus illasqz dismembratas applicatas et appropriatas esse ac appropriationem et applicationem aliaqz premissa ac pntes litteras nullo unquam tempore quouis pretextu de surreptionis uel obreptionis aut nullitatis uitio seu intentionis defectu notari uel impugnari posse sed illa semper ualida et efficacia fore suosqz plenarios et integros effectus sortiri et inuiolabiliter obseruari Sicqz per quoscumqz Judices et commissarios quauis auctē fungentes sublata eis et eorum cuilibet quauis aliter iudicandi et interpretandi facultate iudicari et diffiniri debere ac quicquid secus a quoquam quauis auctē scienter uel ignoranter attemptari contigerit irritum et inane decernimus Quocirca uenerabilibus fribus nris Archiepo Vlixbonen et Siluen ac Amerin Epis per aplica scripta mandamus quatenus ipsi uel duo aut unus eorum per se uel alium seu alios Presentes litteras et in eis contenta quecumqz ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte Collegij et uniuersitatis predictorum fuerint requisiti solemniter publicantes eisqz in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctē nra Collegium et uniuersitatem predicta dismembratione applicatione et appropriatione premissis iuxta earundem pntium continentiam atqz formam pacifice frui et gaudere Non permittentes eos desuper per pro tpre existentes Archiepos Eboren seu alios pretensos possessionum earundem proprietariorum ac quosuis alios desuper quomodolibet indebite molestari perturbari aut inquietari Contradictores quoslibet ac inobedientes et rebelles per sententias censuras et penas ecclasticas ac alia iuris remedia appellatione postposita compescendo ac sententias censuras et penas huiusmodi legitimis super his habendis seruatis processibus etiam iteratis uicibus aggrauando inuocato etiam ad hoc si opus sit auxilio brachij secularis Non obstantibus uoluntate nra predicta et felicis recordationis Pauli ij. et Pauli iiij. de rebus ecclie non alienandis ac Bonifacij viij. Roman pontificum predecessorum nrorum de una et Concilij Gnalis de duabus dietis dummodo quis ultra tres dietas auctē pntium non trahatur ac etiam nouissime celebrati Lateranen Concilij et alijs quibusuis aplicis necnon in prouincialibus et sinodalibus concilijs editis gnalibus uel spalibus constitutionibus et ordinationibus ac ecclie predicte iuramento confirmatione aplica uel quauis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus Priuilegijs quoqz indultis et litteris aplicis ecclie et Caplo predictis sub quibuscumqz tenoribus et formis ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijsqz efficacioribus et insolitis clausulis irritantibusqz et alijs decretis etiam Regum contemplatione ac motuproprio et alias quomodolibet concessis ac etiā iteratis uicibus approbatis et innouatis Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumqz totis tenoribus spalis specifica indiuidua et expressa ac de uerbo ad uerbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu queuis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi ac si de uerbo ad uerbum nihil penitus omisso et forma in illis tradita obseruata inserti forent pntibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac uice dumtaxat spaliter et expresse derogamus Aut si aliquibus communiter uel diuisim ab aplica sit sede indultum qd interdici suspendi uel excoicari non possint per litteras aplicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbu de indulto huiusmodi mentionem Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre applicationis appropriationis dismembrationis separationis decreti mandati et derogationis infringere uel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli aplorum eius se nouerit incursurum Datū Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo sexagesimo primo Decimooctauo Kl Maij Pontificatus nri Anno Secundo

Jo. bap. Mylanensis

Ca. Barengus
Jo. Aug. Cuccin
Pamphilus

Jo. Delphinus

Jo. Marell
N. Drusolinus

Pius Eps Servus Servorum Dei Ad Perpetuam Rei Memoriam

Creditam nobis desuper regende militantis ecclie providentiam coadiuvante dno utiliter exequi cupientes gratosqz deo et universe Reipublice xpiane uberes fructus qui ex litteraz studio produci noscuntur intra cordis nri archana revolventes ad ea que pro personaz huiusmodi studio vacantium subventione eisqz incumbentium oneruz supportatione provide facta fuisse dicuntur ut semotis impedimentis quibuslibet suum debitum consequantur effectum cum a nobis petitur operarias manus libenter apponimus aliasqz desuper disponimus prout in dno salubriter conspicimus expedire Sane dilectus filius nr Henricus tt Sanctoz Quatuor Coronatoz pbr Cardinalis Infans Portugallie nuncupatus nobis nuper exponi fecit qd licet alias ipse qui etiam ecclie Elboren ex concessione et dispensatione aplica preesse dinoscitur Collegium Spiritussancti in Civitate Elboren dudum per eum constructu et deinde in Universitatem studij generalis aplica aucte erectum et institutu nonnullis redditibus annuis pro Magroz Regentium Lectoz et etiam Scholarium inibi pro tpre lris operam dantium sustentatione dotaverit et inter alia Quingentos Cruciatos annuos ex redditibus fabrice dicte ecclie ac Triginta modios tritici Anafil nuncupati et decem modios ordei ex mense Archiepalis Elboren fructibus de consensu dilectoz filioz Capli dicte ecclie applicaverit applicationemqz huiusmodi dicta aucte confirmari et insuper duas partes fructuum ecclie Dozezere Portugallen dioc Trecentos Cruciatos vel circa constituentes eidem Universitati per sedem aplicam etiam applicari obtinuerit nihilominus ipse qui regimen et administrationem Collegij et Universitatis huiusmodi dilectis filijs fribus societatis de Jesu concessit maximu fructum ex ipsoz frum eruditione doctrina moribus et exemplari vita alijsqz virtutib in dies provenientem considerans unde facile speratur doctos et eruditos homies einsdem Universitatis alumnos non solum Regno Portugallie sed etia Africanis orientalibusqz provincijs charissimo in xpo filio nro Sebastiano moderno et pro tpre existenti Regi Portugallie et Algarbioz illustri subiectis que viris doctis apprime indigent suffecturos fore ac proinde attendens prefatos et si qui sint einsdem Universitatis redditus fribus et religiosis ipsis quoz viginti lectores Triginta Scholares et alij viginti partim predicatores et confessores partim ad alia exercitia spiritualia deputati in eadem Universitate assidue resident ad talumqz onerum supportationem minime sufficere nonnullasqz proprietates ad eandem mensam pertinentes a pluribus annis per eius predecessores Archiepos Elboren alienatas et in laicoz nobilium manib Unde cum maxima difficultate recuperari poterunt existere Idcirco easdem proprietates videlicet unum Concelho de Monte Agraco territorij Ulixbonen redditus Ducentoz Millium Regalium vel circa et aliam da Amoreira territorij de Montemaiori novo similis redditus ac aliam da Amoreira nuncupata territorij Montismaioris Duodecim Modioz vel circa necnon aliam de Epo que est in Coruche cum certis partibus os Lombos de Epo nuncupatis redditus Ducentoz Ducatoz et aliam dos Montes claros territorij Elboren redditus Quadraginta modioz tritici ac reliquam proprietates seu possessiones huiusmodi in territorio civitatis Delbas quam dilectus filius Alvarus Pegado illius conductor in ultima generatione obtinebat ita ut generatione illa finita Universitati predicte cederet redditus Sexdecim modioz tritici vel circa sic ut premittitur alienatas et ex quib minima utilitas dicte mense eatenus provenerat de eorumdem Capli consensu ab ipsa mensa perpetuo dismembravit illasqz Collegio et Universitati predictis pro Lectoz Scholarium predicatoz et Confessoz predictoz alioz qz Officialium in dicta Universitate pro tpre existentium sustentatione et reliquoz onerum dicte Universitati incumbentium supportatione ita tamen qd si aliquo tempore dicta Universitas supprimeretur vel illa aut eius bona ad aliam Prelaturam transferrentur redditus huiusmodi ad mensam ipam Elboren eo ipso redirent et reverterentur ipaqz Universitas quamdiu illos perciperet Censum Annuum Mille Regalium pro qualibet proprietate huiusmodi mense predicte persolveret sub nro et sedis aplice beneplacito et non alias etia perpetuo applicavit et appropriavit prout in eius patentibus litteris desuper confectis plenius continetur Cum autem sicut eadem expositio subiungebat applicatio et appropriatio huiusmodi in evidentem boni publici non solum Civitatis Elboren verumetiam Regni Portugallie predictoz utilitatem et xpifidelium edificationem hominumqz litteraz studio incumbere volentium profectum cedat nec propterea dicta mensa que admodu opulenta existit detrimentum notabile patiatur Quare prefatus Henricus Cardinalis nobis humiliter supplicari fecit quatenus proprietates et possessiones alienatas predictas de novo ab eadem Mensa dismembrare illasqz Collegio et Universitati prefatis ad effectum premissum applicare et appropriare ac alias in premissis opportune providere de benignitate aplica dignaremur Nos igitur qui dudum inter alia voluimus qd petentes beneficia ecclastica alijs uniri tenerentur exprimere verum annuum valorem etiam beneficij cui aliud uniri peteretur Alioquin unio non valeret et semper in unionibus commissio fieret ad partes vocatis quoz interesset quiqz utilitatem publicam scientiaz propagationem et animaz salutem sinceris desideramus affectibus Huiusmodi supplicationibus inclinati Omnes et singulas proprietates et possessiones predictas quaz insimul fructus redditus et proventus Duoz Millium Ducatoz auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum ut idem Henricus Cardinalis asserit non excedunt cum iuribus et pertinentijs suis universis ab eadem Mensa aucte aplica tenore presentium perpetuo dismembramus et separamus ac illas Collegio et Universitati predictis cum onere et conditione predictis etiam perpetuo aplicamus et appropriamus Illasqz dismembratas applicatas et appropriatas esse ac appropriationem et applicationem aliaqz premissa ac presentes litteras nullo unquam tempore quovis pretextu de subreptionis vel obreptionis aut nullitatis vitio seu intentionis defectu notari vel impugnari posse sed illa semper valida et efficacia fore suosqz plenarios et integros effectus sortiri et inviolabiliter observari Sicqz per quoscumqz Iudices et commissarios quavis aucte fungentes sublata eis et eoz cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate iudicari et diffiniri debere ac quicquid secus a quoquam quavis aucte scienter vel ignoranter attemptari contigerit irritum et inane decernimus Quocirca venerabilibus fribus nris Archiepo Ulixbonen et Silven ac Amerin Epis per aplica scripta mandamus quatenus ipi vel duo aut unus eoz per se vel alium seu alios Presentes litteras et in eis contenta quecumqz ubi et quando opus fuerit ac quotiens pro parte Collegij et Universitatis predictoz fuerint requisiti solemniter publicantes eisqz in premissis efficacis defensionis presidio assistentes faciant aucte nra Collegium et Universitatem predicta dismembratione applicatione et appropriatione premissis iuxta earundem presentium continentiam atqz formam pacifice frui et gaudere Non permittentes eos desuper per pro tpre existentes Archiepos Elboren seu alios pretensos possessionum earundem proprietarios ac quosvis alios desuper quomodolibet indebite molestari perturbari aut inquietari Contradictores quoslibet ac inobedientes et rebelles per sententias censuras et penas ecclasticas ac alia iuris remedia appellatione postposita compescendo ac sententias censuras et penas huiusmodi legitimis super his habendis servatis processibus etiam iteratis vicibus aggravando invocato etiam ad hoc si opus sit auxilio brachij secularis Non obstantibus voluntate nra predicta et felicis recordationis Pauli ij. et Pauli iiij. de rebus ecclie non alienandis ac Bonifacij viij. Roman pontificum predecessoz nroz de una et Concilij Gnalis de duabus dictis dummodo quis ultra Tres Dietas aucte presentium non trahatur ac etiam novissime celebrati Lateranen Concilij et alijs quibusvis aplicis necnon in provincialibus et sinodalibus concilijs editis generalibus vel spalibus constitutionibus et ordinationibus ac ecclie predicte iuramento confirmatione aplica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus Privilegijs quoqz indultis et lris aplicis ecclie et Caplo predictis sub quibuscumqz tenoribus et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriaz derogatorijs alijsqz efficacioribus et insolitis clausulis irritantibusqz et alijs decretis etiam Regum contemplatione ac motuproprio et alias quomodolibet concessis ac etia iteratis vicibus approbatis et innovatis Quibus omnibus etiam si pro illoz sufficienti derogatione de illis eorumqz totis tenoribus spalis specifica individua et expressa ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio seu quevis alia expressio habenda aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso et forma in illis tradita observata inserti forent presentibus pro sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat spaliter et expresse derogamus Aut si aliquibus communiter vel divisim ab aplica sit sede indultum qd interdici suspendi vel excomunicari non possint per lras aplicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbu de indulto huiusmodi mentionem Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre applicationis appropriationis dismembrationis separationis decreti mandati et derogationis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatoz Petri et Pauli aploz eius se noverit incursurum Dat Rome apud Sanctumpetrum Anno Incarnationis dominice Millesimoquingentesimosexagesimoprimo Decimooctavo Kl Maij Pontificatus nri Anno Secundo

F. Delron

Fo. 145

Collegio, e Univ.e da Comp.a de JESUS do Espirito Santo de Evora.
da união de certas propriedades, a saber, o Conselho de Monte Agras-
so termo de Lisboa, a da Moreira termo de Monte Mor o Novo, e a da
Moreira termo de Monte Maior, e a do Bispo em Coruche, e a de Mon-
tes Claros no termo de Evora, e outras no termo de Elvas.

Bulla do Papa Pio 4.º dada em Roma a 14 de Abril do anno de 1561. no 2.º anno do seu Pontificado, pela qual confirmou, di[n]stancia do Snr̃ Cardeal Infante D. Henrique Arcebispo de Evora, a união, que elle fez de certas propriedades, a saber, o Conselho de Monte Agrasso no termo de Lisboa, a da Amoreira no termo de Monte Mor o Novo, e outra da Amoreira no termo de Monte Maior, e outra chamada do Bispo com suas pertenças em Coruche, e outra de Montes Claros no termo de Evora; e outras propriedades, que trazia em ultima vida Alvaro Pegado no termo de Elvas, ao Collegio, e Universidade da Companhia de JESUS do Espirito Santo de Evora, que o mesmo Snr̃ Infante tinha fundado, e erigido em Universidade com authoridade Apostolica, e p.a seu patrimonio lhe unio as ditas propriedades, dezunindo-as, com consentimento do seu Cabbido, da Meza Arcebispal de Evora, á qual pertencião; alem de quinhentos cruzados, e trinta moios de trigo anafil, e dez de cevada, que já lhe tinha unido, deduzidos das rendas da dita Meza, e as duas partes das rendas da Igreja de S. Maria do Zezere; e reprezentando-se ao dito Papa, que as ditas propriedades rendião pouco p.a a dita Meza por andarem como alheadas em mãos de pessoas poderozas; por isso confirmou por esta Bulla a união dellas ao dito Collegio, e Universidade.

1561
Bulla das propriedades q̃ se unirão a este Coll.º e ficão da mesa pontifical

Iac.s Ant.s Riccob...

IMAGO PHOTOGRAPHIC
COLOUR AND MONOCHROME SEPARATION GUIDE
BLUE
CYAN
GREEN
YELLOW
RED
MAGENTA
WHITE
3/COLOUR
BLACK
inch
cm

PIVS
PAPA
IIII